



Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XIII. Cùm ab impletione aliorum multorum Dei praeceptoru[m] certis de causis homo saepe excusetur, cur non etiam ex causis magni momenti liceat Sigillu[m] Confessionis frangere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

id solum locum habet in Sacramento **Con-**
fessionis: Sed etiam multò maximè in Sacra-
mento Eucharistiæ. Nam & ibi libentiùs
sanguis fundendus est, quām vt vel blasphe-
ma vox contra illam edatur, aut aliqua irre-
uerentia ei irrogetur:

Hoc adeò verum est, vt quidam Theolo-
gi de Sacerdote exemplum ponant, qui iter
cum latronibus faciens, in ingressu nemoris
per Confessionem vnius intelligit se ab al-
tero esse in nemore occidendū: **Quem** qui-
dem Sacerdotem potiùs, aiunt, debere expe-
ctare mortem, & vltrō exponere se marty-
rio pro lege D E I seruanda, quæ strictissimè
iubet Confessionem celare, quām per fugam
Confessionem reuelare. Idq; profectō verū
est, vbi necessitas daretur aut reuelandi Cō-
fessionem, aut moriendi; sed tamen in eius-
modi euentibus vix accidere potest, quin
prudenter valeat Sacerdos vtrunque per al-
quam fictam caussam euitare.

*Cum ab impletione aliorum multorum
DEI Praeceptorum certis de causis
homo sèpè excusatetur, cur non etiam ex
causis magni momenti licet Sigil-
lum Confessionis frangere?*

*Quæstia
XIII.*

*S*Vnt quidem alia multa præcepta Diuina,
etiam de Sacramentis, à quibus implendis

Respoſio.

M 5 homo

Caput VII. De Secreto seu Sigillo

homo propter graues cauissas aliquas excusatur: Nemo enim tenetur cum periculo vita suæ confiteri, vel Eucharistiam sumere, immo nec Baptismum.

Verum distinguere hic & scire oportet, quod præcepta affirmativa, licet nonnumquam ad cauendum huiusmodi pericula præterire; quia non obligant pro semper; negativa vero, quia pro semper & sine intermissione obligant, nullo casu transgredilicet.

Est præceptum: Non occides; nullam ergo ob cauissam autoritate priuata licet hominem sponte occidere, nisi dum se quispi coactus defendit. Est etiam præceptum ne illa Sacramento irrogetur iniuria; nulla ergo de cauissa fas est sacrosanctam Eucharistiam aut conspuere, aut pedibus proculcare.

Pari modo in sigillo Confessionis est præceptum negativum, ne reueletur tanquam res sacra, quo circa nulla de cauissa illud unquam fas est reuelare.

*Quæstio Solane peccata confessa, an vero etiam
XIII. reliqua omnia, quamvis non peccata
in Confessione audita, ta-
cenda sunt?*

Respoſio. ILLA omnia necessariò celanda sunt, per quorum detectionem redderetur onerosa, seu odiosa ipsa Confessio; & quia ex reuelatione peccatorum & circumstantiarum, &

com-